Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36449
Copyright: Melk, Benediktinerstift



boni quod audiuimus fecimus. sed et
istum malum actum uidimus. Per venerunt
ad nos patres nostri quorum nomina superius
inserta tenentur. sicque et cum ipsis uiato
res qui se dicebant ambulaturos
usque dum descendimus in amenam campani
am. Deinde illi gratias deo referentes.
reuersi sunt ad celestem patriam.

6 Sic postmodum ego et frater ipse fra
noaldus. qui potestatem acceperat
me reducendi iter carpentes uenimus
ad nostrum monasterium. et mirum ibi appa
ruit mysterium. quia ad ipsius aduentum
aperta sunt hostia ecclesie. et ingressus
orauit prolixe. Et expleta oratione
uenimus ad tumulum eius. super quo
ipse genua flectendo dicit hoc capi
tulum. Miserere mei et resuscita
me in aduentu tuo domine. Et dixit mihi.
Ecce frater ubi iacet corpusculum meum.
si uis adimplere quod promisisti. habebis
integram mercedem. Hec dicens. ab
stulit a me corpus quod de aere acceperat
et lumen. et abiit. Ego enim peccator omni
adiutorio a me ablato remansi ante
ipsam ecclesiam sancti petri. in tam mag
na tribulatione positus. quam nunquam habu
eram cum abeati petri presencia discede
rem. Cepi me per terram trahere. et ad
corpusculum festinare. sed in mensa dei
clemencia misit ventum qui me eleua
uit in altum. et in ictu oculi portauit
me usque super ipsum tectum ubi iacebat
corpus meum. uidique fratres uigilantes.
et filium meum a gloaldum sedentem iux
ta lectum tenens manum ad maxillam.
et pre tristicia et lassitudine somni
titubantem. et iterum uento flante in
traui per os meum in corpus meum. et primum
in laudem dei. Gloria tibi deus ut
mihi insonauit ibbo seruus dei. et sic
postea omnia superius memorata. ego qui
scribere presumpsi non ab alio dicta.
sed per me metipsum ipsa didici. Si quis
hoc opusculum ante factum in manibus le
gendum acceperit. potest me de rusticitate
uerbi reprehendere. sed non potest de mendacii
culpa redarguere. Quis nam est ille
fratres karissimi. rogo tam ferream mentem habens.
quam non terreant ista denunciata sup
plicia. ubi demones unumquemque a
corpore egressum tam uelociter rapiunt.
et secum ad inferna trahunt. Hoc et
beatus gregorius confirmat. quia animam pec
catricem ideo dominus diabolum a corpore
trahere permittit. ut compulsa dis
cat cui se sponte in presenti uita tradidit
in culpam. Quis tam alienus erit
a fide. qui sentencie isti non credat.
Sed ideo multi non credunt. quia plus
eos delectat amor seculi et commoda
terrena. quam delectet amor dei. et
societas angelorum atque sanctorum. Clamat
propheta et dicit ut non tardemus conuerti
ad deum. nec differamus de die in diem.
Subito uenit ira eius. et in tempore
uindicte disperdet nos. et que per
cupiditatem congregauimus. quid nobis
proderit. Vocat nos itum dicens.
uenite filii audite me. timorem domini
docebo uos. Vocat nos per euangelium
dicens. uenite ad me omnes qui labo
ratis et onerati estis meis sarcinis.
et ego reficiam uos. Vocat per semetipsum
et dicit. Venite benedicti patris mei
percipite regnum. quod uobis paratum est
a constitucione mundi. Predicat nobis
iohannes apostolus. Fratres nolite diligere
mundum neque ea que in mundo sunt. si quis
diligit mundum non est caritas patris